

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 5: De aliis rebus

Caput 3: De laude domine nostre (13)

Gregorius:

Maria copiosissima caritate,
omnibus misericordie sinum aperit,
ut de pleniludine sua accipiant universi, captivus redemptionem,
eager curationem, tristis consolationem, peccator veniam,
iustus gratiam, angelus letitiam, tota trinitas gloriam,
ut non sit qui se abscondat a calore eius.

Denique omnibus omnia facta est, sapientibus et insipientibus
copiosissima caritate debitricem se fecit.
Omnibus misericordiae sinum aperit,
ut de plenitudine illius accipiant universi, captivus redemptionem,
eager curationem, tristis consolationem, peccator veniam,
iustus gratiam, angelus letitiam, denique tota Trinitas gloriam,
Filii persona carnis humanae substantiam,
ut non sit qui se abscondat a calore eius.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermo in dominica infra octavam assumptionis beatae Mariae*, 2 (SBO 5, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.263, ll.16-21).